col.xix.in princ.inſti.de actio.Qđ
intellige in ipo actu cōgregatio-
nis nō aūt i illo loco ſolū i quo fit
cōgregatio ꝓcederet hoc:in quo
nō exiſtente ibi cōgregatiōe:poſ-
ſet nobilis arma deferre.arg.ei⁹
qđ dicit Bar.in.l.ij.ff.de aur.⁊ ar
gē.leg.de quo meminit.d.Jaſ.in
l.ei⁹ q̇ in ꝓuincia.col.fi.ff.ſi cert.
pet.dū vult ꝙ ſtāte ſtatuto.ꝙ no
bilis nō poſſit intrare palatium
ꝑtāis.alias ſoluat tm̄ ꝙ ipſo po
teſtate extra palatiū exiſtēti po-
terit tūc nobilis illud intrare nec
Docto-
incidet in penā.⁊ predicta etiā ꝓ-
res non
73 cedūt in doctorib⁹ † vt arma de-
debent
ferre poſſint.nec de illis ſcrutari
ſcrutari
debeant ſecūdū Bart.in.l.medi-
d̄ armis
cos.C.de ꝓfeſſor.⁊ medic.lib.x.
Nobi-
74 ¶ Quadrageſimum eſt quo ad
lior in li-
ſuperioritatē lige.ille em̄ q̇ eſt no
ga ſupe-
bilior in liga ſuperior intelligitur
rior itel-
q̄tum ad canonicandū alios ſe-
ligitur.
cūdū Bal.in verbo ego argumē
to.c.j.d̄ maior.⁊ obedi.⁊.l.fi.ff.de
fid.inſtr.refert ⁊ ſequiꝫ feli.in.d.
c.j.col.ij.ad fi.facit qđ dicit Bar.
in.l.j.de alb.ſcribē.ff.vbi.d.alex.
in addi.hoc idē tenet.idē bar.in
Nobi-
75 rubr.C.ꝓ ſoci.¶ Quadrageſimū
les nō te-
primū nobilitatis priuilegiū eſt:
nētur ire
q꞉ nobiles non tenenꝫ ire pedes
pedes.
attēta cōditiōe ſtatus ſui ⁊ cōſue
tudine.arg.not.p glo.i.l.idēq꞉.§.
itē labeo.ff.māda.de qua p feli.i
c.cū oēs.col.xvj.in prin.d̄ e cōſti.
faciūt no.p bal.i.l.liberti liberte
q꞉ in.v.col.verſi.dubitaꝫ ſi eſt bā
nitus.C.de oper.libert.⁊ p nicol.
de neapo.in.l.j.§.ſi pupillus.ff.d̄
tutel.⁊ ratio.diſtrahē.faciūt etiā
q̄ ſupradicta ſunt in.xxxvj.priui-
Nobi-
76 legio † nō etiā tenenꝫ comedere
les nō te-
fabas ⁊ cepta.cū ea ſint ꝓprie ci-
nētur cō-
baria ruſticorū.vt dicit gloſſ.in.l.
edere fa-
ſeruis vrbanis.ff.de leg.iij.q̄ oia
bas.
faciūt ad tacitam expēſarū ipſorū
nobiliū in ſuis litigijs factā aut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cū ꝓdūcunt in teſtes. ¶Quadrageſimū ſcōm eſt.q͛ mitiꝰ agendū eſt cū nobilibꝰ ꝙ cū ignobilibus. glo.in.c.nō diſtinguat.xlj. diſtin. ⁊ ideo vt dictū eſt ſupra in primo priuilegio mitiori pena plectunt corporea: ſecꝰ aūt pecuniaria: nā grauiori pena puniunt: secꝰ aūt in ignobilibꝰ: vilibuſqꝫ ꝑſonis: il li eñ citius corporeo pena ꝙ pecuniaria plectendi ſunt: nec propterea attēto effectu reſultāte ex ipſa penarū impoſitione, diuerſa ſcōm diuerſas ꝑſonarū qualitates dicetur diuerſitas eſſe: ꝗntum ad ipm effectū: licet ſecus ꝗtū ad pene qualitatē: qđ eñ dr minimā corporeā penā maiorem quacūqꝫ pecuniaria.l.i ſeruoꝝ.ff.de pen. ꝓcedit in nobilibꝰ ⁊ delicatis perſonis: iō ea mitius agitur cū eiſdem illa interdū i pecuniariā cō-

Ruſticiſ vt plurimū maiorū vr̄ pecuniaria pena quā corporea.

77 mutata.† Secꝰ eñ eſt in ruſticis rudibuſqꝫ: ⁊ vilibꝰ ꝑſonis. quibus maior vr̄ pecuniaria pena ꝙ corporea: ſi mō nō exceſſiua. arg. not.in.l.he opere.ꝑ glo.ibi.i ver. durū.ff.de oper.libert.dū dicit gl. durius eſſe de pecunia ꝙ de ꝑſona ſeruire.arg.illiꝰ tex.q̄ de liberto loquitur: ⁊ ſic de vili vtplurimū ⁊ rudis nature ꝑſona. Idē dicendū vr̄ in miſeris ⁊ auaris ꝑſonis: que plus cruciant (vt dicā ſaltē in animo) ſi nūmus ab illis extirpet: ꝙ ſi ictu fuſtiū ferirent ſcōm Bart. in.l.vnica.col.x.in prin.C.de ſentē.q̄ ꝓ eo qđ itereſt.q͛ ita p̄dictam glo.intellexit.⁊ ſequit.d. Iaſ.in l. iij.§.cato.col.xiiij.in.fi.ff.de.ver. obliga. faciūt ad p̄dicta q̄ dicit Bar.in.l.j.in.fi.ff.de pe.⁊ in.l leuia.in.ij.oppo.ff.de accu. ¶Quadrageſimū tertiū p̄uilegiū eſt: ꝗtum ad adiectionē clauſule pulſo ⁊c. Qñ eñ obtinent litere cōtra nobiles magnates terrarū ⁊ ciuitatū dños: ballinos: caſtellanos maiores iuratos: ptātes: ⁊ cōtra: pont debet hec clauſula pulſo ne

in terrā vel vniuerſitatē de tali loco excōicationis vel iterdicti ſententiā ꝓferas niſi a nobis ſup hoc mādatū receperis ſpeciale. ſcōm specul.in tit.de reſcrip p̄ſen.§.rōne forme quoqꝫ.col.viij.verſi.nūc dicamꝰ qñ hic dictio. ¶Quadrageſimū quartū priuilegiū nobilitatis eſt ꝗtū ad defenſionez: in hoc eñ priuilegiātur nobiles: vt de-

78 fendātur.† ⁊ ne de facili cōueniant ſcōm ſpecu.in titu.de reo. col.j.ver.itē nobilis priuilegiatꝰ eſt.arg.tex.in.c.frater.ibi tñ nos humaniꝰ decernētes iūctis illis verbis q̄ ſubdit ſi mediocris ⁊c.⁊ in.c.ꝑceptū.ibi ⁊ iſup generoſe dignitatis.xxx.q.v.⁊.in.c.j.ibi nobilis hō.de purga.cano. ⁊ in.l.ij.in prin.ff.de in ius vocā. ¶Quadrageſimū quintū nobilitatis priui-

79 legiū eſt ꝗtū ad ſeſſionē.† in iudicio eñ nobilibꝰ locꝰ ſedēdi pau lo iudicantiū inferior cōtendētiū altior tribuēdus eſt l.fi.vbi glo. no.in ver.ſedēdi.C.vbi ſenat.vel clariſſi.idē ꝓbat tex.i.l.fi.C.de offi.diuer.iudi. ¶Quadrageſimū ſextū priuilegiū ē.q͛ licet ap̄ꝫ liberorū appellatiōe in teſtamēto facta cōp̄rehendant filij naturales quo ad ſucceſſionez: excluſionēqꝫ ſubſtituti.l.ex facto.§.ſi qs roga-

80 tus.j.in p̄n.ff.ad trebel.† hoc tñ nō ꝓcedit in nobilibꝰ: quoꝝ natura ⁊ ꝯditio ſimilē naturaliū ſucceſſionē abhorret.iuxta.l.ſi qua illuſtris.C.ad orfici.ita no.glo.quam ſequit bar.⁊ doct.in.§.ſi qs rogatus.i ver.⁊ volūtate ibi fit nobilis: qđ tñ intelligit Pau.de ca.ibi ꝓcedere in nobilibus habentibꝰ iuriſditionem: ſignoria: ⁊ caſtra. in qbus eſt maiꝰ dedecꝰ ꝙ perueniāt illoꝝ bona ad baſtardos: et maius p̄iudiciū ſubditoꝝ: q͛ ſolēt eſſe vitioſi vtplurimū: ideo in feudis non ſuccedunt.c.j.§.naturales.in titu.ſi de feud.fuer.contro.inter.do.⁊ agna.⁊ illa fuit ra-

Nobiles de facili non conueniunt.

Nobilibus i iudicio ſedēdi locus eſt concedēdus.

Liberoruz appellatio ne in nobilibus non veniūt naturales.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tio quare etiam legitimati ſimpliciter ad feudū nō admittunt: ſm p̄ceptorē meū.d.paulū de monte picco.in.l.q̄ ſe p̄ris.ſuper gl.fi.C. vnd.lib.ſumpta ex tex.in.c.ſi gēs angloꝝ.lvj.diſtin.vbi in illegitime natis cēſet ineſſe iſtabilitas ſi det: ⁊ alia multa de q̄bus ibi.ſubdit ꝓpterea idē.pau.ꝙ p̄dicta nō vendicarēt ſibi locū.in nobilibus venetis: q̄ ſimplex patrimonium poſſidēt abſꝙ ſignoria.de quo tñ plene videndū eſt p.d.alex.ibi et in.j.vo.con.xciij.colū.j.⁊ ſeq.⁊ feli.in.c.in preſentia.col.viij.⁊ ſeq. de ꝓbatio. ¶ Quadrageſimūſeptimū priuilegiū eſt ꝙtū ad ho-

Nobiles aliter p̄ncipib⁹ homagiuꝫ p̄ſtāt aliter ignobiles.

81 magiū faciendū † aliter eñ nobiles principib⁹ homagiū p̄ſtāt. aliter ignobiles ꝙtūcūꝙ de feu do nobili inueſtiti. Nobiles eñ ad oſculū principis admittunt: ſec⁹ ignobiles ſcd̄m ſpec.in tit.de feu. ⁊ homa.§.ij.col.xxj.circa p̄n.ver. porro i regno. ¶ Quadrageſimū octauū priuilegiū eſt: quo ad fu-

Funeris impēſa maior eſſe dꝫ i nobili viroquā in ignobili.

82 neris pōpā † maior eñ eſſe debet funeris pōpa ⁊ expenſa in nobili viro: ꝙ in ignobili: ꝓpter eius dignitatē.l.⁊ ſi quis.§.equint.ff.de religio.⁊.ſump.funer.quē ita intelligit.d.alexan.l.ex facto.§.ſi qs rogatus.j.colū.in ñ.ff.ad trebel. ¶ Quadrageſimum nonum eſt: quia ſolent communiter nobiles nedum a plebeis ⁊ popularibus honorari: ſed etiā a principibus.

Nobiles ſolēt magis a p̄ncipibus honorari ignobilibus.

83 ⁊ magis vt plurimū enim principes eligūt ſibi nobiles in eoꝝ ſeruitio: ⁊ recte: in illis enim maior ineſt iuris p̄ſumptione fides: ꝙ in ignobilib⁹: ex eo q̄ honoreꝫ ſuum ſibi magis commendatū habere p̄ſumitur ipſis ignobilib⁹: qui (vt dicā) ſūt ſine honore. Nō igit eundē verisi p̄dere cū priuatio preſupponat habitum.§. ſecnus aūt.initi de capi.diminu. facit tex.in.l.nā ⁊ ſi.§.poſt defectū cū vulgari.ff.de iniuſt.rup.⁊ irri. fac.teſt.hinc dicit bal.nō recordor vbi.ꝙ q̄tidie ruſtic⁹ facit vnā ruſticitatē ſequēdo ſuā naturā ⁊ cōditionem: ⁊ qd̄ dixi nobiles a plebeis ⁊ popularibus honorari: hoc potiſſimum contingit ſi diuites ſunt: ipſi nāꝙ populares magis ad diuitias ꝙ ad nobilitateꝫ aduertunt: iuxta illud Ouidij de faſtis. In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores. Cēſus amicitias: pauper vbiꝙ iacet: hinc dicit baptiſta mantuanus egloga vj. Fac ſim fortunatus: ero locupleſ: ero prim⁹: in vrbe Audiar aſſurgent omnes me vertice nudo Vulg⁹ adorabit me: plebs me ꝯſulet omnis Turba magiſtrat⁹ etiā populuſꝙ patreſꝙ. ¶ Quinquageſimū p̄uilegiū eſt † q̄ no-

Nobiliores gñe citius vocant ad nuptias

84 biliores genere citius vocant ad nuptias ceteris.fꝫ Albert.in ſuo primo alphabeto.in verſi.nobiles.per.l.iam dementis.C.de epiſco.audien.idem et ad legationē vnde Salluſti.in iugurta.legantur in aphrica maiores natu homines amplius honoribus vſi. ¶ Quinquageſimumprimū priuilegium eſt: quia in priuilegijs et conceſſionibus que fiunt plurimis quos comites palatinos appellamus: de legitimando naturales: ſolēt reſeruari filij naturales nobilium: comitū: ducū: et baronuꝫ ſm Pau.de caſt.in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in.j.col. ff.ad treb.vbi de q̄bus nobilibus intelligat iſtud declarat. ¶ Quinquageſimūſecundū eſt nā in nobilib⁹ eſt ⁊ eſſe p̄ſumit: aut ſalteꝫ

Nobiles debēt eſſe virtutibus et fortitudine pleni.

85 eſſe dꝫ: † ſi viri nobiles ſint fortitudo: virtus: liberalitas: prudentia: temperātia: miſericordia: iuſtitia: ⁊ benignitas: iuxta ſubſcriptos verſus p doct.relatos in.c. venerabilis.de preben. Nobilitas hois eſtimēs deitatis imago. Nobilitas hois mēte frenare furentē. Nobilitas hois hominem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reuelare iacentē. Nobilitas ho-
minis virtutū clara ꝓpago. No-
bilitas hois niſi tēpora nulla ti-
mere. Nobilitas hois nature iu-
ra tenere. Et horū ratio eſt ſꝫ Se
necā in epiſto. ad Luciliū. xxxvij.
habet eñ hoc ꝓpriuꝫ generoſus
animus ꝙ ↄcitat ad honeſta. Ne
minē excelſi ingenij virū humi-
lia delectāt ⁊ ſordida: ⁊ ſophocles
in aiace furente ait: ſed vel bene
viuere vel bene mori generoſuꝫ
oportet idem viuere turpiter tur
pe bene natis: faciunt elegātia di
cta Ouidij de triſtib⁹. lib. iij. ele-
gia. iij. dū inquit. Quo quiſqꝫ eſt
maior magis eſt placabilis ire.
Et faciles mot⁹ mēs generoſa ca
pit. Corpora magnanimo ſatis
eſt proſtraſſe leoni Pugna ſuum
finē cū iacet hoſtis habet. At lu-
pus ⁊ turpes inſtāt morientibus
vrſi. Et quecūqꝫ minor nobilita-
te fera eſt. Hinc dicit philoſo. in
86 retho. † Nobilitati oēs pene vir
tutes famulant: ad quas ipſa na
tura parēs peculiari⁹ ceteris no-
biles ipos inclinat. ob que nō mō
viuētibus: ſed ⁊ moriētib⁹: laudes
et preconia ipſa nobilitas parit:
nec modo naſcēdo queritur: ⁊ vi-
uendo cōſeruatur. Quinimmo ſe
pe etiā moriēdo augetur: idqꝫ glo
rioſus ille machabeoꝝ dux non
negauit: de quo ſcriptura ait: ele-
git nobiliter potius mori: ꝗ̄ ſub-
dituꝫ eſſe peccātibus: facit bon⁹
tex. in. §. ſed ſi i bello ibi hi eñ ⁊c.
inſtitu. de excu. tuto. ⁊ qḋ no. glo.
in. l. cū quidā. ff. de annu. lega. et
ſi dicatur iſta nō ſepe cōtingūt in
illis quos vulgus nobiles exiſti
mat ⁊ opinat hoc admitto. Nā et
hi nō vere nobiles ſunt. vt ſupra
late cōcluſum fuit in tertia parte
affirmādo virtutē ſolā verā rectā
87 ꝙ nobilitatē eſſe. † preterea non
ſemper attendit qḋ fit: ſꝫ qḋ fieri
dꝫ. l. ſed licet. ff. de offi. preſi. hinc
& imperator Auguſt⁹ ab augen
do: q: ſic dꝫ eſſe huius ꝓpoſiti: vt
ſemꝑ augeat: licet non ſemꝑ fa-
ciat: ita nobilis debet eſſe huius
ꝓpoſiti ſi vere nobilis eſſe velit:
vt pmiſſa obſeruet: ⁊ ſi quãqꝫ defi-
ciat ꝓpter humanā fragilitatem
nō ꝓpter hoc deſinit eſſe nobilis.
arg. tex. i. c. ſepties. de peni. di. iij.
Sed ꝓh dolor hodie: nobiles pro
maiori parte ſunt ſuperbi ⁊ inimi
ci popularium: guloſi ⁊ luxurioſi
plus ꝗ̄ populares. ſm Bal. in. l.
per adoptionē. ff. de adoptio: vbi
cōtra nobiles inuehit multū. Idē
Rodert. epſ zamoren. in ſpeculo
vite: prima parte. c. viij. dicens ha
bēt nobiles q̄dam peculiaria ſibi
ꝙ naturalia (forte dixerim) inde-
lebie vitia ad q̄ teſte philoſopho
in rheto. ꝗ̄ maxie natura ipſa in
clinat: ipſi tamē actualiter operā
88 tur. † Primo quidē nobiles plu
rimū ſūt honoris appetitiui ⁊ am
bitioſi. eſt eñ (vt ariſtoteles ait)
naturale hoies cumulare velle
ad id qḋ habēt. Quare dū ditari
incipiūt indies volūt fieri ditio-
res. Et qui honorantur cupiunt
fieri honorabiliores: nobiles eñ
cum ex eoruꝫ genere honorabi-
les videāt: idcirco peroptāt accu
mulare ad ea q̄ habēt: conāturqꝫ
fieri honorabiliores: quo fit vt ni
mium honoris ⁊ potētie ſint ap-
petitiui. veluti ad id primiores.
Scḋo vituperabile admodū vi-
tium ⁊ monſtro ſimile nobiles ipi
naturaliter amplectunt: ſunt eñ
eodē philoſopho teſte adeo elati.
vt etiā ꝓgenitorū ſint plurimum
deſpectores: hec ille ⁊ alia plura q̄
videri poterūt ibi. qbus adden-
dos duxi Iuuenalis verſus ſub-
ſcriptos. Ponce tumes alto dru-
ſorū ſanguine: tanqꝫ Feceris ipſe
aliqḋ ꝓpter quod nobilis eſſes.
Vos humiles (iquis) vulgi pars
vltima nr̄i. Quoruꝫ nemo queat
patriā mōſtrare parētis. Aſt ego
cecropides verū id tibi dicitur at
tu. Nil

Nobilitati oēs pene virtutes famulantur.

Non ſp attēdit qḋ fit: ſꝫ qḋ fieri debet.

Nobiles vt plurimū hodie ſunt honoris appetitiui: et ambitioſi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tn. Nil niſi cecropides truncoq;
ſimillim⁹ herme. Nullo alito q̄ppe vincis diſcrimie: ſꝙ illi marmoreū caput eſt tua viuit imago.

Nobil a ruſtico aggreſſus nō tenetur fugere.

¶ Quinquageſimūtertiū priuile
89 giū eſt. † q2 ſi ruſticus nobilē aggrediaṫ. non teneṫ nobilis fugere. quinimo occidendo illo caſu ruſticum aggreſſorez non diceretur exceſſiſſe moderamen inculpate tutele. ſm Cy. in. l. ſi ex plagijs. §. tabernari⁹. ⁊ in. l. ſcientiā. §. q̄ cū aliter. ff. ad. l. aquil. refert bal. ⁊ ſeq̄tur ſimpliciter i ti. de pace tenē. in vſi. feud. i prin. col. v. ad medi.

Nobil ſuccedit hoi ſuo morienti ſine legitimo herede.

¶ Quinquageſimūquartū
90 eſt nobilitatis priuilegiū. † Nā nobilis ſuccedit hoi ſuo morieti ſine legitimo hr̄de. Bal. in. l. j. C. de hered. decurio. niſi moriēs aliter teſtādo diſpoſuerit vel niſi cōſuetudo ſit in cōtrarium: de qua plene per do. Jacob. in ſuo tract. de roydis. col. iiij. ⁊ ſequenti.

Nobilis mulier non teneṫ filiū ſuuz p trienniuz lactare.

¶ Quinquageſimūquintū eſt. nā licet alias mater teneaṫ infra triēnium prime etatis filiū ſuū lactare ⁊ alimētare. l. nec filiū. vbi glo. C. de patri. pote. ⁊ eſt bonus text. in. c. ad eius vero cōcubitū. i pnc.
91 v. diſtin. † Si tñ nobilis ſit mulier id facere non teneṫ ppter ſui nobilitatē. ſm Azo. in ſum. C. de patri. pote. Sequiṫ bal. ⁊ pau. de ca. in. l. alimēta. C. de neg. geſt. et ibi do. Alex. in addi. ad bar. dicēs fortius. Qđ nedū nō teneṫ ipſa lactare imo nec etiā nutricē lactantē adhibere: cū iſtud eo caſu incūbat pr̄is offō atq; oneri tāgit hoc bal. nouel. i ſuo tra. pui. dotis. co. xiiij. in fi. ⁊ faciūt q̄ ſupra dixi. in xxxvij. ⁊ ſequēti priuilegijs. Seq̄ṫ hoc idem ſimpliciter ⁊ refert pceptor meus. d. Roch. curti. in repeti. in. c. fi. col. lxxi. in fi. extra de cōſuetu.

Nobilitas in quibus ignobilitas nocet.

¶ Quinquageſimūſextū et vltimū nobilitatis puilegiū ē generale. vt i oib⁹ i qb⁹ ignobilitas
92 nocet. † In oib⁹ illis caſib⁹ nobilitas iuuat ⁊ pdeſt. vt Juris eadez ſit diſciplina. qđ facit ad ſtatuta ⁊ cōſuetudines diuerſis i locis exiſtētes ſcđz q̄s ignobiles ad dignitates bñficia: vł officia: nō admittūṫ q2 i illis nobilitas cōfert ⁊ pdeſt. His expletis ad ſextā partez deueniendum eſt.

## ¶ Sexta pars:

Sextā igiṫ partē hāc tractatuli aggreſſus: q̄ro de mō pbāde nobilita
1 tis. † Qm̄ allegāti ſe nobilē icūbit onus pbādi. arg. l. verius. ff. de pbatio. ⁊. l. actor. C. e. cū ſimil. ⁊ voluit Bal. in terminis. in. c. j. §. ſi ruſtic⁹. p illū tex. de pace tenē. ⁊ eius viola. facit qđ voluit Bart. i. l. reddaṫ. C. de pfeſ. et medi. li. x. hic dicit bar. i. l. j. p illū tex. C. vt digni. or. ſerue. li. xij. Qđ vſurpās honorē ⁊ dignitatē illicite incurrit penā ſacrilegij. ⁊ dicit bal. i. l. data opa. i. xvij. col. q̄ accuſa. nō poſ. ꝙ nominās ſe comitem palatinū cū nō ſit ⁊ creans notarios ſub illo noīe puniṫ pena mortis. c. parat⁹. xxiij. q. j. facit qđ dicit bart. in. l. eos. §. q̄ ſe p milite. ff. de falſ. ꝙ aſſerēs ſe doctorē cū nō ſit puniṫ pena falſi. ſeq̄ṫ pe. de anc. i c. vt aplice. de priuil. in. vj. ⁊ Ana. in rub. de magiſtris. in. vj. col. ⁊ in rub. de crimi. falſ. in. v. col. tangit roma. ſingu. dcccxj. icipiē. q̄dā vtitur. facit qđ dicit bal. i. l. q̄ ſub pretextu. i fi. C. de ſa. ſan. eccl. ꝙ mentiens ſe clericū cū nō ſit puniṫ pena arbitraria iudicis offō cōmittēda. qđ ſi actus fecerit clericales
2 puniṫ pena falſi. † Qūo igiṫ pbetur ipſa nobilitas diuerſe ſūt opiniones. vt ex ifraſcriptis apparebit. bar. i. l. j. colū. pen. C. de digni. lib. xij. dicit articulos eſſe formandos ſcđm diuerſitatem locorū. cū

Nobile ſe allegāti incumbit onus pbandi.

Nobilitas quō pbetur.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In diuerſis locis aliter nobiles: ⁊
aliter magnates:⁊ aliter maiores
appellent̃.quos eñ nobiles ap-
pellamus florentini magnates:
veneti maiores appellant. Nos
igit̃ attendẽdo ad cõem noſtrũ
loquendi vſum:ſcdm̃ quẽ eos no
biles appellamus q̃ a nobilibꝰ pa
rentibꝰ:militibꝰ:aut al'ꝫ proceſſe
re.poſt dicta Bar.vbi.ſ. ſic habe
remus articulare ad generis no-
bilitatẽ ꝓbandã. Primo ꝙ appel
latione populi cõtinent̃ oẽs de ci
uitate:nobilibus exceptis. Et ita
cõis vſus loquẽdi ſe habet. Itẽ ꝙ
ſcdm̃ cõem vſum loquẽdi:⁊ intel-
ligendi:ille q̃ eſt de prole ducũ:co
mitũ:baronũ:vel baneretorũ:aut
q̃ comes eſt: dux: marchio: prin-
ceps:vel baro. ſiue etiã de feudo
nobili infeudatus nobilis eſt:vel
q̃ miles eſt vł de prole militũ. Itẽ
ꝙ ille homo de cuius nobilitate
probãda agit̃ eſt comes:marchio:
vel baro:vel miles: vel de genere
comitũ: marchionũ: baronũ vel
militũ vel de feudo nobili infeu
datus a principe:aut de genere il
lius infeudati.ꝑ directã lineã. Itẽ
ꝙ ꝓpterea nobilis eſt. Illa nobili
tate q̃ facit quẽ differre a plebeis:
ſiue popularibus viris. Ideo aũt
dicit Bar.adijciẽda eſſe hec verba
ea nobilitate q̃ facit quẽ differre
3 a plebeio.† q2 articulus ſiue libel
lus debet de neceſſitate cõclude-
re ſicut ꝓbatio.l.nõ hoc.vbi Bar.
⁊ doc.no.C.vñ legi.idẽ bal.in.l.in
terpoſitas.in vlti.no.per illũ tex.
C.de trãſa.⁊ in.c.j.in.v.col.in tit.
an agna. vel fili. in vſi. feu. Sed
verbũ nobile eſt equiuocũ vt dicit
ipſe.in.d.l.j.in.ij.q. vñ ſimpliciter
dicendo quẽ nobilẽ ꝓpter equiuo
cationem illius verbi nobilis red
detur articulus anceps ⁊ dubius
nõ recte cõcludẽs.ſubdit propter
ea bar. ꝙ teſtis q̃ deponit ſup ar-
ticulo ſimpliciter formato nõ ad-
iectis ſuprascriptis verbis nõ cõ-

Libellꝰ dʒ de neceſſitate concludere.

cluderet de neceſſitate per conſe-
quẽs nec probaret: cũ debeat eſſe
probatio cõcludens. forte tñ dici
poſſet attẽta cõi forma loquendi ⁊
cõſuetudine:ſcdm̃ quã ⁊ illius mẽ
tem ambigua verba declarant̃:ꝙ
teneret articulꝰ ⁊ dictũ teſtis ſim-
pliciter de nobilitate mentionem
facientes. non adiectis predictis
verbis: cũ ſcdm̃ vulgatũ magiſq̃
4 cõem vſum loquẽdi † hoc verbũ
nobilis ſumat̃ ꝓ nobilitate gene
ris q̃ facit quẽ a plebeio differre.
ar.eius qđ dicit mathesila. in no.
ciij.incipiente.nota ꝙ ſi capitulũ.
vbi illud qđ dicit bar.in.l.ij.ad fi.
ff.de duobus reis ꝑ illũ tex.⁊ in.l.
ſi vxor.§.pe.ꝑ illũ tex.ff.de adult.
⁊ in.l.ſi ita ſcriptũ ſit.ff.de manu-
miſ.teſt.⁊ i.l.ſi filiuſfamilias.arg.
illius tex.ff.de teſta.ꝙ ſi capitulũ
dicat.⁊ teſtes deponãt ꝙ petrus
cognouit bertã violenter: ꝓpter
equiuocationẽ illius verbi violẽ-
ter nõ poſſe cõcludi ꝙ vim intule
rit berte petrus illã violenter co-
gnoſcẽdo. Si nõ poterit ex illa pro
5 batione petrus cũ ſit ambigua:
tãq̃ de violẽtia cõdẽnari.† Cũ il-
lud verbum violẽter ſumi poſſit
actiue ⁊ paſſiue.actiue.ſ.ꝙ ipſe pe
trus vi cognouerit bertã eã ꝑ vim
capiẽdo.paſſiue ꝙ ipſe petrꝰ vio
lẽtatus a berta eã cognouit ipſa
berta eũ per vim capiẽte ⁊ violen
tante:⁊ probationes preſertim in
criminalibꝰ debẽt eſſe cõcludẽtes
iuribꝰ p̃allegatis.immo luce me-
ridiana clariores.l.fi. C. de ꝓba.
6 ¶ † Limitari põt nõ ꝓcedere vbi
cõis vſus loquendi regionis illa
verba equoca actiue ſumeret nõ
paſſiue:⁊ ſic in vnũ ſolũ ſignifica-
tũ. Sequit̃ Feli. limitationẽ hãc
in.c.in p̃ſentia col.vij. ver. limito.
ſexto.ex̃ de teſti.⁊ i.proc decre. in
gl.j.in.ij.col.idẽ Deci.cõ.c.col.ij.
ver.vj.opponit̃. ꝓpterea dicebat
bõe memorie p̃ceptor meꝰ.d.Th.
parpalia.in.l.j.ff.de acq.poſ.non

Verbũ nobilis ſecũdũ cõem vſum loquendi ſumit̃ ꝓ nobilitate generis.

Verbuʒ violẽter ſumi pt̃ actiue ⁊ paſſiue.

Cõis vſus loquendi verba equiuoca reſtrĩgit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuiſſe bonā ſaluationē quā ſe fe=
ciſſe teſtaẗ do. Alex.cōſi.cciij.inci
piente ſup themathe.in.ij.volu.
duz dicit ſe ſaluaſſe mulierē quā
dā q̄ intitulabat de veneno:ex q̄
nō fuerat dictū φ venenū maluȝ
Verbuȝ venenū eſt equiuocum. 7 p̄buerat.† q2 venenū eſt verbum
equiuocū l.qd̄ ſepe.§. venena ff.
de cōtrahen.emp. nam fruſtra ta
lis exigebaẗ adiectio malitie:cū
cōiter veneni facta mētiōe de ma
lo veneno itelligaẗ.pari mō aliā
ſaluationē eiuſdē.d. Alex.in ↄſil.
cxvj.in cauſa inquiſitionis.l.iij.
volu.bonā nō fuiſſe premiſſa ra=
tione attenta dicebat idem pre=
ceptor meus vbi ſupra.dum di=
cit do. Alex.ſe ſaluaſſe quēdā qui
dolo intitulabatur quid feciſſe
ex quo non dicebatur dolo ma=
Verbuȝ dolus eſt equiuocum. 8 lo.† cum vocabulū iſtud dol⁹ ſit
equiuocū.l.j.in princi.ff.de dolo.
Nam cum ſcd̄m cōem vſum ver
borū facta mentione de dolo in=
telligatur de malo nō bono:non
opus fuit vlteriori explicatione ⁊
adiectione illius qualitatis ma
litie quinimo ſufficienter dicitur
fuiſſe cōcluſum in hoc ſola facta
doli mentiōe cum igitur ſcd̄m cō
munem vſum loquendi verbum
iſtud nobilis vt dixi:ſumatur p̄
generis nobilitate:que facit dif=
ferre quem a plebeio.ſufficit ſim
pliciter facere de nobilitate men
tionē ad hoc vt dicatur ſatis ſuf=
ficienter concluſum eſſe predi=
ctis per Barto.pretermiſſis.
¶Unde latius ⁊ apertius loquē
do in practica poſſumus diſtin=
guere ſic.ſi queratur de modo et
forma probande nobilitatis:aut
em̄ nos loquimur de nobilitate
ai aut de nobilitate generis:aut
de nobilitate politica ſcd̄m φ eā
ſumit bar.⁊ late ſupra dictū fuit
primo caſu ſi de nobilitate ani=
mi formādi ſunt articuli hoc mo
do.In p̄mis φ vera nobilitas eſt
ipſa vnita virtus ſcd̄m ſapiētes,
Itē φ virtutē ipſam cōcomitatur
recta ⁊ vera nobilitas.Itē φ pro
pterea oīs cuiuſcūq̄ cōditiōis ſit
q̄ virtutib⁹ vacat bonis ⁊ cōmen=
datis morib⁹:longoq̄ tpe vaca=
uit ſue vite is vere nobilis eſt.Itē
φ ille de quo agiẗ toto tēpore vite
ſue:ſaltē pro maiori parte tpis va
cauit bonis morib⁹ et diſcipline.
idē φ propterea nobilis eſt ipſa
vera animi nobilitate: verū quia
ad hanc parū attēdiẗ hodie. Nā
vt dicit Bar.in.d.l.j.col. pe. ſi q̄s
mille annis virtutib⁹ viueret ple
nus:nō propter hoc nobilis habe
retur inter populares. Quinim=
mo plebeius ſemp̄ remaneret.Et
ſi princeps eū ſumme diligeret:
donec trāſferretur in eū aliqua
dignitas : ſeu nobilitas per quā
diſtinguaẗ a plebeis.Et dicit po=
gius florentinus in tractatu ſuo
de nobilitate.vulgares magis at
tendere ad illā nobilitatē generis
q̄ animi.Unde inherēdo cōi opi=
nioni vulgariū ſcd̄m quā verba
debent intelligi cū de nobilitate
fit mētio vt dicit Feli. in.c. ſuper
eo,de teſti.col.iij.⁊.faciūt no.in.l.
labeo ff.de ſupel.lega.vidēdū eſt
modo de forma articulādi in no=
bilitate generis.Cōtingit em̄ plu
rimū de ipſa nobilitate generis
diſceptari propter ſtatuta vel cō=
ſuetudines de illa mētionē faciē=
tes in qua quidē poſſent tradi di
uerſe articulādi forme ſecūdū φ
diuerſi ſunt modi eiuſdem intro=
ducende ſecundum diuerſas lo=
corum conſuetudines ⁊ regiones
de quibus ſupra ſuccinte in.iij.
parte dictum fuit . Tamen pro
euitatione verborum aſſumendo
vnum modum inter omnes ma=
gis aſſuetum : ſcilicet antiquita=
tis : de cuius exordio non extat
minimi memoria forum articu=
landi ſuper illo tradita conten=
tus ero.argu.not.in.l.ita vulnera
tus.ad ſi.ff.ad.l.aquil.articulan=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Articu-
li q̄mō
ſint for-
mādi in
nobili-
tate ge
neris ꝓ
banda.

9 dum erit igit̃ hoc modo.† Primo
ꝙ is vere nobilis eſt ſcd̄m cōem
loquēdi vſū ⁊ opinionē q̄ ex pa
tre.auo proauo .abauo.tritauo.
⁊.ſ̄.nobilibus proq̧ talib⁹ habi
tis ⁊ reputatis p̱ directā lineā de
ſcendit.Itē ꝙ ille de cuius nobi-
litate ꝓbanda igit̃ puta ſempro
nius p̱ directā lineā ꝓceſſit a pa
tre.auo.prauo.⁊.ſ̄.nobilib⁹.idē
⁊ q̄ pater.auus.proauus.⁊.ſ̄.ma
iores ſui parētes nobiles erāt:et
ſe ſemp̱ ꝓ talibus tenebāt.⁊ re-
putabant nobiliū actus ⁊ mores
ſtatus ⁊ cōditiones faciendo ge
rendo ⁊ exercēdo.Itē ⁊ ita ꝓ ta-
libus ſemp̱ tenti ſunt habiti:⁊ re
putati inter oēs de eiſdē cogni-
tionē habētes.Itē ⁊ hoc a tanto
tēpore citra ꝙ de illius initio ho
minū nō extat memoria.Itē ꝙ ꝓ
pterea ipe ſempronius cū a tali-
bus ſit nobilib⁹ parentib⁹natus
⁊ de tali familia nobilis eſt.Itē ⁊
ita cōtinuo inter oēs de eo cogni
tionē habentes habitus tentus:
⁊ reputatus extitit.Idē ⁊ adhuc
de p̄ſenti ꝓ nobili tenetur habet̃
⁊ reputatur ab oib⁹ . Ideo vt.ſ̄.
dixi ipſius ſempronij maiores ꝓ
nobilibus ſemp̱ habitos ⁊ repu-
tatos:q2 alr̄s nō ꝓcederet opinio
predicta itroducēde nobilitatis
vt dixi.ipſa nāq̧ vulgi opinio.cū
reputatiōe.geſtione.⁊ antiquita
te illa eſt que nobilitatē generis
cauſat:ad qđ facit qđ dicā infra
prime.dicit em̄ Bal.in preludi.
feudo.nobilitas nō naſcitur ictu
oculi.per gl.in.l. ſtemmata.ff.de
gradi.nō ēt ſine miniſterio ſubiū
xi illud capitulū.Itē ꝓ nobili ha
bitus.Itē ⁊ adhuc habet̃:q2 vidi
cit ſoci.ꝯſi.ccxlvi.col.ij .verſi.pri
ma rō.nō videt̃ ſufficiēs ꝓbatio
dicere ꝙ q̄s ſit de tali domo ge-
neroſa ⁊ nobili niſi ꝓbet eū ꝓ no
bili reputari a populo.ſtat em̄ ꝙ
ſit de domo.Et t̄n nō ſit accept⁹
populo:vel princip̄i aliqua qua

litate:neq̧ nobilis reputet̃ ſcd̄m
eūdē:q2 illi qui ꝑuenerūt ad pau
pertatem ⁊ ad viles artes.nō re
putantur nobiles:ſed ignobiles
vt infra dicā inter modos perdē
de nobilitatis:bn̄ faciūt no . per
Bar.quē ſequit̃ ibi p̄ceptor me⁹ — Teſte3 nō ſufficit dicere fuiſſe ex cōica tō ō tpe latitte ſit mony.
10 d.Iaſ.i.l.i.C.de teſta.† Dū dicit
nō ſufficere ꝙ opponat̃ teſtē vel
iudicē fuiſſe infamē ſeu excōica-
tū de tpe late ſnie vel depoſitio
nis ſingula ſingulis referendo.
S3 op3 vt dicatur ⁊ addatur.ꝙ
etiā illo tēpore ꝓ excōicato repu
tabatur.ſeu ꝓ ifame.Idē tenuit
Bar. in.l.ſi arbiter.C.de ſenten.
in.l.ad teſtiū.§.i.⁊ in.l.cū lege.ff.
de teſta. Probari em̄ pōt hec ge
neris nobilitas per famam .ſm̄
Bal.in.l.ꝓuidēdū. C.de poſtul.
refert ⁊ ſeqt̃ ſimpliciter.d.Alexā.
in additio.ad bar.i.l.de minore.
§.tormēta col. pe.ff. de qō. ad-
ditiōe incipit.bona vox.facit qđ
dicit Bar.in.l.de pupillo §.ſi qs
ipſi ꝑtori.ff de ope.no.nū. refert
⁊ ſeqtur.do.Deci.in.c.i.col.iiij.in
prin.v̄ſi.ſcđs caſus.extra de ap
pel.modū ēt ꝓbande nobilita-
tis attingit do.Cardi.Alex.in.c.
p̱ venerabilē.§.qđ aūt.col.xij.cū
ſequē.qui filij ſint legi.

¶Septima pars.

Congru
enti nunc ordine
ſucceſſiue viden
dū eſt ex quibus
cauſis ſeu quo-
nāmō ꝑdat̃ nobi
litas.Sicut em̄ pars hec nobili-
tatis finē indicat:cōgruū eſt atq̧ — Partes ſuo operi debēt aſſig na ri cōgruo loco.
decens vt ipſa operi finē impo-
1 nat.† Suo em̄ queq̧ operi par-
tes debēt aſſignari cōgruo loco.
argu.l.iperatores .ff.de in diem
adiec.breuiter.itaq̧ colligēdo q̄
cōperire volui in ꝓpoſito artic̄

culo.poſſumus ex dictis Bar.de
qb⁹ in fine.iiij.partis.ſ.memini
colligere tres cauſas:ſeu modos
nobilitatis pdēde. ¶ prim⁹ erit
in nobilitate ex accidēti q̄ſita p-
pter ſuperuenientē dignitatem
vt illa perdat p elōgationem ſti
pitis vltra pnepotē. ſm gl.in.d.
l.j. Scd̄s eſt p priuationē cauſe
ſeu radicalis fundamēti ipſius
nobilitatis.vt iam de nobilitate
animi dixi:vt illa extenuet p cō-
mutationē virtutū in vitia. Idē
in nobilitate q̄ſita p poſſeſſionē
⁊ infeudationē nobilis feudi:ſm
ꝙ ſentit bar.in.d.l.j.ad fi.attēta
tn̄ declaratiōe gl.d.l.j.vt.ſ.vltra
2 pnepotē nō trāſferat:vel niſi pri
uatiōis cā famoſa ſit:vt ex infra
dicēdis apparebit.†Et rō eſt ad
hoc cōis:q: ceſſante cuaſa dȝ ceſ-
ſare effect⁹.c.cū ceſſante.de app.
l.adigere.§.quāuis.ff.de iur.pa
tro.l.fi.cū ibi no.C.q̄ ad liber.p-
clama.nō lic.faciūt no.i.l.filia.§.
alūno.ff.ad trebel.in.l.ſed hoc
ita.in ꝟ.ſuccurrēdū.p gl.vbi do
cto.ff.de re iudi.in.l.alteri.⁊ in.l.
filio.§.matri.ff.de adimē.lega.in
l.is q̄.§.fi.ff.de leg.preſt.⁊ in.l.pā
philo.§.fi.ff.de leg.iij.faciūt q̄ di
cit Fli.i.c.ex lr̄is p illū tex.col.ix.
de cōſti.q̄ no.p glo.⁊ doc.in.l.ge
neraliter.C.de epiſ.⁊ cle.p d.Jaſ.
in.l.ſciēdū.§.fi.ff.q̄ ſatiſda.cog.⁊
⁊.d.Philip.deci.in ꝯſ.xxiiij.col.
j.qḋ nō ita pperā ⁊ abſolute itel
ligēdū eſt:ppterea q̄ ſupra dixi
in fi.iiij.partis.dū adducebā li-
mitatio nē ad dictam regulā ceſ
ſante cā.vt nō pcederet vbi ipſa
cauſa ſuū plene foret effectū ſor-
tita:vt q: ipſa accidētalis nobili
tas quā ciuilē ſeu politicā dice-
re poſſumus in gn̄is nobilitate
p maſculine linee directā cōſer-
uationē verſa foret:vt q: iā de pri
mo gradu in īferiorē deſcēdiſſet
tūc em̄ iȝ eſſet cauſa originalis ⁊
introductiua ipſi⁹ nobilitatis ci

Cauſa ceſſante dȝ ceſſare effectus.

uilis:q: tn̄ ipſa ſuū plene opata
eſt effectū gn̄is nobilitatē intro-
ducēdo p deſcēdētiā patris īfeu
dati i filiū natū ante priuationē
feudi. Nō dicet ppteres ille effe
ctus ad eſſe deduct⁹ ceſſare:vn̄
deſcēdētes inde filij legitimi ex il
la linea nobiles gn̄is nobilitate
dicent:nō obſtante ipſa nobilis
feudi priuatiōe verū q: i iſtis vt
ſepe dixi ꝯſuetudo plurimū va-
let rectāq̧ in eis iterp̄tationē fa
cit dicerē illā fore amplectādā:⁊
ad ipſam recurrēdū ſup pmiſſis
caſib⁹ tāq̧ eorūdē optimā inter-
pretē. Terti⁹ ⁊ vltim⁹ pdēde no
bilitatis modus ſm bart.vbi.ſ.
extat.ſ.ex puerſiōe ad pauptatē
vileſq̧ artes.ſi mō hoc habeat
3 cōſuetudo:q̄ tigit ex nobilib⁹ ori
ginē ducūt ſi ad pauptatē deue-
nerint:ita ꝙ viles cogātur artes
exercere ignobiles reddūt dictā
te hoc locoꝝ cōſuetudine.Et hec
occulata fide videm⁹ i ptib⁹ iſtis:
quoſdā em̄ legim⁹ nobilitatis ti
tulo decoratos:nūc ꝟo iter igno
biles ⁊ ruſticos:ab illis deſcēdē
tes hn̄t:⁊ ſilr exempla q̄plura re
fert Ualerius maxim⁹ li.iij.c.v.
ſub rub.de his q̄ a parētib⁹ cla-
ris degenerauerūt:iō copulatiue
dixi ⁊ ad viles artes†Nā ſimplr
4 ppter paupertatē nō pdit nobi-
litas.arg.l.humilē.C.de iur.em-
phi.⁊ l.nobiliores.C.de cōmer.⁊
merca.vbi nobilitas ⁊ diuitie po
nunt tāq̧ diuer.⁊ hoc opat pau
pertas cū vilis artificij exercita-
tione:ſm que pcedit qḋ dicebat
Ariſto.v.poli.nobiles illos vide
ri qb⁹ aſſiſtūt pgenitoꝝ ꝟtu⁹ ⁊ di
uitie dicāt tn̄ q̄ velint q̄cq̄d velit:
q: ſicut fides ſine opib⁹ mortua
eſt:ſic nobilitas ſine diuitijs:po-
tiſſimū de illa loquor quā vulg⁹
nobilitatē verā credit:aſſerit:et
opinat:illa nāq̧ q̄ ai nobilitas dr
nihil hȝ cū diuitijs cōe ſicut nec
pprietas cū poſſeſſorio.vn̄ dice-

Nobilitas pditur par tū viliū exercitium.

Paupertas ſola non eſt cā pdende nobilitatis.

bat rhoderi. epi. zamor. i speculo humane vite. li. j. c. vj. sunt diuitie nõ formal'r inducẽtes claritudinẽ gñis: sʒ istrumẽtaliter tãq̃ signũ nobilitatis Et phs ait i.l. magnanimũ põt fieri sine pecunia: vñ Juueñ haud facile emergũt quoꝝ virtutib⁹ obstat. Res angusta domi. ⁊ de pdicta cõsuetudine ẽt testat' soci. in ɔsi. cexlvj. incip. elegãter ⁊ subtiliter col. ij. ꝟsi. prima rõ est: vbi dicit se vidisse: qđ illi q̃ peruenerũt ad pauptatẽ ⁊ ad viles artes q̃uis ex nobili sanguine nati sint nõ nobiles: sʒ ignobiles reputãtur. ar. g. l. ne qs C. de dignita. li. xij. sic fatet' cũ bar. cõsuetudinẽ id operari ⁊ illaʒ attẽdẽ: p̃missoꝝ rõnẽ esse pntõ: q2 sicut cõsuetudo ⁊ cõis obseruãtia potẽs est ad nobilitatẽ introducendã: vt. s. late dixi in. iij. pterita etiã potẽs est ad illam reprimẽdã: limitãdã: ⁊ restringẽdã: ⁊ pro hoc adduco in argumentum tex. in. l. q̃ ɔdẽnare. ff. de re.

Cõtrariorũ eadẽ disciplina.

5 iur. † vbi q̃ cõdẽnare põt is ⁊ absoluẽdi ptãtẽ hʒ: ⁊ i. l. is põt. ff. de acqr. here. vbi is põt repudiare hereditatẽ q̃ ⁊ acqrere põt: ⁊ rõ hoc est: q2 ɔ̃trarioꝝ eadẽ natura est ⁊ disciplina. l. j. vbi bar. not. ff. de his q̃ sũt sui vl' alie. iur. Et vbi nõ cadit vnũ nõ cadit ⁊ reliquũ ſm naturã ɔ̃trarioꝝ. l. ei⁹ est velle. ff. de reg. iur. ⁊ l. pr̃ seuerinã. ff. de adi. ⁊ demõ. pprı⁹ facit tex. i. l. datã. vbi bal. no. C. de leg. ⁊ i. l. iij. §. cõditio. ff. de adimẽ. lega. vbi q̃ põt dare is ⁊ adimere põt. Hinc propterea dicit Ambrosi⁹ cui⁹ ꝟba habent' i. c. ꝟbũ de pe. dist. j. Dñs par ius ⁊ soluẽdi esse voluit ⁊ ligãdi q̃ vtrũq̃ pari cõditiõe pmisit: ergo q̃ soluẽdi ius nõ hʒ: nec ligãdi hʒ idẽ in effectu habet. in c. inferior. xxj. dist. ⁊ p gl. in. c. cũ

Ignobiles dñr q̃ viles agũt artes.

6 inferior de maior. ⁊ obe. † Qđ autem illi dicant' ignobiles q̃ viles agũt artes no. gl. in. c. q̃ cõtra ecclesie pacẽ. in ꝟ. ignobiles. i pn. xxiiij. q. j. facit bonus tex. in. l. q id tps. ⁊ qđ ibi no. glo. C. de decurio. ⁊ stationa. lib. xij. dũ vult q̃ nõ iuuat officio vel dignitate q̃ male illã seruat. † sʒ qs dicat' vile officium exercere: seu viles artes. sciẽdũ est p intelligẽtia premissorum de quo me remitto ad tex. in. l. ne qs vbi glo. in ver. officijs. ⁊ i ver. stationarijs. ⁊ seq. C. de dignita. lib. xij. vbi bar. not. et glo. in ver. macellarioꝝ: ⁊ in ver. tabernarioꝝ. in cle. r̃ ẽ. j. de vi. ⁊ hone. cleri. ⁊ in. §. j. ꝟsi. sanxim⁹. in ver. artifices ignobiles. i aut. de testi. in. §. qđ aũt in ver. mechanicis. in aut. de nõ alienã. et in. l. j. §. caupones iũcta glo. seq. in ver. stīrarũ. ff. nau. caup. stab. ⁊ p bar. l. l. fi. ad fi. C. de suscept. ⁊ archa. lib. x. facit qđ dicit gl. in. l. lex q̃ tutores. in ver. labore suo. C. de admi. tu. ⁊ qđ no. glo. in ꝟ. vilib. ⁊ ibi ang. in aut. de mãda. prin. ⁊ i. §. sit tibi ad idẽ qđ dicit tex. in. l. ij. C. de natural. lib. in pn. Jo. buridan⁹. x. ethico q. j. dũ dicit q̃ ignobiles sunt burgẽses: mercatores. ⁊ rurales. ⁊ hoc vr̃ senti

Viles artes qs exercere dicatur.

8 re glo. in. d. l. sanxim⁹. in ver. artifices ignobiles: † ⁊ q̃ dicãt' psone viles ponit bal. in. c. sedes. de rescript. vbi dicit q̃ illi q̃ sunt male morigerati: vt lenões: ⁊ siles dñr viles psone ſm eũdẽ q̃ aũt dicãt' leues tãgit gl. ij. q. v. c. oib⁹. ⁊. d. abb. post alios in. c. lʒ causaʒ de pba. vbi dicit † q̃ viri leues dñr

Viles p̃sone q̃ dicant'.

9 q̃ facile oib⁹ oia credũt: ⁊ quoti-

10 die mẽtiũt': lʒ neminẽ ledãt. † ⁊ q̃ dicant' viri graues ponit gl. in. c. lʒ ex quadã. in ver. graues. de testi. q̃ dicit eos graues appellari q̃ sunt bone fame. ⁊ opiniõis: † q̃

11 qs aũt dicat' ignobilis tãgit Jnnocẽ. in pall. e g. c. sedes. ⁊. d. abb. in. c. q2 nõnulli de cle. nõ resid. d. zenze. i extrauagã. execrabili. io. xxj. sup ꝟbo gñis claritatẽ. not. in. c.

Leues psone q̃ dicant'. Graues viri qui dicant'. Ignobilis quis dicatur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ignobilitas de ſe nõ eſt mala res.

moyſes.viij. q.j.⁊ i.c. cõgrẽte.de
12 cleri.nõ reſidẽ.vnũ tñ ſciẽdũ eſt† nec ignobilitatẽ malã rẽ de ſe eſſe ſcḋm ambroſiũ in.tractatu primi dei dicẽtẽ paupertatẽ ignobilitatẽ: egritudinẽ:⁊ mortẽ nemo ſapiẽs mala dixerit:nec in malo℞ ſorte numerarit:cuius vba referunt p gratianũ in.c.illa cauẽda.xv.q.j. ¶Ultra pdictos tres modos pdende nobilitatis:collectos ex dictis bart.in.d.l j.de dignita.addit ⁊ ali⁹ quartus modus de iure.vcʒ p incurſionẽ infamie.†Nã

Nobilitas pditur propter infamiam.

13 ppter infamiã nobilitas pdit̃ pariter ⁊ dignitas.ſcḋʒ bar.in.d.l.j. in.v.col. vſi.⁊ nobilitas:allegat bonũ tex.ad hoc.in.l.ij.⁊in.l.quotiẽs.eo.titu.C.de dignita.lib.xij. ego addo bonũ text.i.l.diuo marco.ibi ſi tñ pprioris gradus.C.de qõ.vbi filij i qs trãſit puilegiũ nobilitatis ⁊ dignitatiſ paterne:allo pbant̃ puilegio p icurſionẽ atrocis delicti.ex quo inde cauſat̃ infamia:facit bonus text.in.c.inter

Dignitate qs officio etiam ⁊ bñficio põt priuari ppter infamiã.

14 dilectos de exceſſi.pla.†vbi propter infamiã ſupuentẽtẽ priuat̃ qs dignitate qua fungebat̃:imo fortius dicit.d.abb.in.c.at ſi clerici.col.xij.de iudi.ꝙ ppter ſolã infamiã poſſet clericus priuari officio:atq bñficio:⁊ ratio quare pter infamiã pdit̃ nobilitas hec ẽ: qz vt dicit idẽ bar.i.d.l.j.co.iij.ad medi.⁊.col.vij.ad fi .nobilitas et dignitas:idẽ ſunt:ſumẽdo dignitatẽ p qualitate quadã q̃ facit differre perſonã a plebeis.Sʒ infames dignitatẽ habere nõ poſſũt. l.ij.⁊.c.inter dilectos preallegatis:⁊ ſi habeãt pdũt infamia ſupueniẽte dictis iurib⁹:cõſequẽter ⁊ nobilitatẽ.hoc idẽ ꝙ p infamiã pdat̃ nobilitas:tenuit expreſſe.d. barba.in repet.extrauagã .volẽtes.in ver .nobilis, inferẽs pro-

Uſurarius eſt infamis

15 pterea per illũ tex.†ꝙ vſurarius habens nobile feudũ cũ ſit infamis.l.ij.improbum fenus.C.ex q̃. cau.infam.irro.vbi p ſcribẽ.⁊ p do.anto.in.c.raynuti⁹.de teſta. bal.in.l.q̃ accuſare.C.de eden.et in.d.l.iprobũ.p ſcribẽ.in.c.qz periculoſum.de vſur.non gaudebit beneficio illius cõſtitutionis pter vſurariam prauitatẽ.deſinit eñ eſſe nobilis.⁊ dicit ꝙ ille tex. intelligitur de nobilitate proprie ſumpta.ſequit̃ hoc idẽ.d.matth. de afflictis neapolitanus in primo libro lecture ſue conſtitutionum regni vtriuſq ſicilie.in.v.rubri.incipiẽte multe leges.co.fi.dicens.ꝙ nobiles turbãtes officiuʒ diuinũ periuri:falſum dicẽtes teſtimoni:ſicut aliter delinquẽtes: ita ꝙ infamiã incurrant perdũt eo℞ nobilitatẽ.idẽ repetit in conſtitutione incipi.vt dignitatũ ⁊c. in.ij.not.⁊ in cõſtitutiõe incipien. q̃ literas.in.j.not.i.v.qſtiõe.intelligendũ tñ eſt ſane:qz.ſ.dictũ eſt infamẽ nobilitatẽ pdere ſuperuenientẽ infamia:vt pcedat quo ad honores ⁊ cõmoda.ſecus quo ad incõmoda ⁊ onera.iuxta id qḋ voluit bar.in.l.j.C.de dignit.lib.xij. dũ dicit ꝙ nobilis delinquẽs ex forma ſtatuti pdit nobilitatẽ:⁊ pdidiſſe ſolũ intelligit̃ q̃tũ ad cõ-

Nobilitate qui ppter delictũ priuat̃ cenſet̃ priuatus quantũ ad commoda ſecus quo ad incõmoda.

16 moda ⁊ iura.†Sʒ quãtũ ad incõmoda ⁊ dãna remã ſit nobilis.bñ facit qḋ voluit bal.in.l.cũ qs.C. de natur.liber.⁊ i aut̃ habita.C. ne filius p patr.facit tex.ſolẽnis. in.l.actione.§.ſocietate.ff.p ſoci. vbi renũtiãs ſocietati ante tempus cõuẽtũ remanet ſocius quo ad damna:non añt quo ad commoda.Ad idẽ ꝙ volũt:dy.ange. ludo,roma.⁊ mod l.l.ſi qs ſolitũ. ff de here.inſtitu.vbi dixerunt: ſtatuto cauetur:ꝙ guelphi non poſſint habere officia in ciuitate quia intelligit̃ ſi illa officia ſint honorabilia:ſecus ſi ſunt vilia ⁊ damnoſa:facit quod voluit ludo.roma.in.l.ſi exheredatus. §.ff.ad ſileia.gloſſa elegans



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in.c.ex parte.de reſcrip. q̄ dicit: ꝙ
lꝫ q̄s videat renuntiare appella-
tioni per actū cōtrariū: ꝓcedit q̄n
illa renuntiatio tēdit ad dānū. ſe
cus ſi ad cōmodū ⁊ gl.in.c. nō in-
ter.de excep.voluit ꝙ excōicatus
non euitat iuramētū calūnie: fa-
cit qđ voluit petrus de ancha.in
c.intelleximus.de iudi. vbi dixit ſi
he res habet ꝓuari hereditate: q꞉
nō ſeruauit voluntatē defuncti.
vt in auť.de here.⁊ falci.§.ſi quis

Heres priuandus hereditate: ex q̄ nō ſeruauit volūtatē defuncti: non intelligeť priuat⁹ cū eſt hereditas dānoſa

17 aūt nō adimplens. † ⁊ nō ſit qui
velit ipſaꝫ hereditatē: q꞉ forte eſt
damnoſa ipſe heres cōpelleť ean
dem retinere.ꝑ not. in.l.ſi ſeruus
pluriū.§.ſi q̄s aūt.ff.de leg.j.⁊.in
d.l.ſi q̄s ſolitū.facit qđ dicit cardi
nal.in ca.ioannes.de teſta.vbi di
cit ſi executoꝛ vltime voluntatis
fuit negligēs per annū ⁊ cadit ab
officio exequēdi.c.nos q̄dē.eo.tit.
⁊.l.nulli.C.de epiſcop.⁊ cler. ep̄s
aūt vult eū cōpellere ad exequen
dum id facere iure pōt: q꞉ negligē
tia nō debet ſibi ꝓdeſſe. facit glo.
in.c.paruuli.xxij.q.v.dum vult ꝙ
periurus nō debet admitti ad iu-
randū. Tn̄ iuramēta q̄ ſunt poti⁹
oneris q̄ꝫ honoris ipſe preſtabit.
vt eſt iuramntū calūnie: ſimiliter
iurabit dn̄o ſuo in cauſa feudi.
bar.in.l.j.C.de filioſa.mino.et rō

Delictū non dꝫ ꝓſtare immunitatē delinquenti.

18 eſt † q꞉ delictū nō debet preſtare
immunitatē delinquēti.l.relega-
toꝝ.§.fi.ff.de iterdic.⁊ relega.nec
de malitia ſua debet q̄s reportare
cōmodū.d.c.intelleximus.⁊ facit
tex.in.l.ne ex dolo.ff.de dolo.⁊ in
l.in fundo.ff.de rei vēdi. ita limi-
tat ⁊ declarat ꝑ predicta.d.coꝛſet.
in repet.c.grandi.col.xj.ad fi. de
ſupplen.negli.prela. pro quo ad-
do bene facere vltra ꝑ eū adducta
qđ voluit tex.in.l.penul.ff.de iur.

Beneficium ne q̄s cōueniat nō cōpetit ei q̄ propter maleficiuꝫ peruenit ad inopiam.

19 doti.† Qđ beneficiū ne q̄s cōue-
niatur vltra q̄ꝫ facere poſſit: non
cōpetit ei q̄ propter maleficiū de-
uenit ad inopiā: faciunt plura per
feli, cumulata.l.c.q̄ in eccleſiarū.
col.xx.poſt mediū.de conſtitu.ad
idem tex.in.l.hereditas. ⁊ qđ per
eum ibi no.bal. ⁊ ang. de heredi.

Inducta in grauamen nō debent cōmodū reddere.

20 inſti.† Qđ inducta ad grauamē
vel onus nō debēt operari fauo-
rem: vť cōmodū reddere: facit tex.
in.c.inter coꝛpalia.col.ij.de trāſl.
prela.vbi vult ꝙ inducta ad penā
nō debēt trahi ad gratiā.ad idē ꝙ
vult bar.in.l.oēs. C.de decu.li.x.
Qđ iudeus quatenus decuriona-
tus eſt honoꝛ nō pōt eſſe decurio:
quatenus eſt on⁹ ſic. Ita illū tex.

Iude⁹ pōt eſſe procuratoꝛ

21 intelligit. facit † q꞉ iudeus poteſt
eſſe ꝓcuratoꝛ eo q꞉ eſt onus: ⁊ vi-
liſſimum officiū. vt dicit glo.in.§.
fi.inſti.de excep.tex.⁊ bart.in.l.ſi
quis procurationē.C.de decurio.
lib.x. Itē infamis poteſt eſſe tutoꝛ
predicta ratione. vt eſt de mente
glo.in.l.ſed ⁊ milites.§.ſed igno-
minia miſſi.vbi iacob.de areti.ff.
de excuſa.tut.ad idē ꝙ vult glo.
not.in.l.ij.§.nemo.ff.de capi.dimi

Bānit⁹ deſinit eſſe ciuis quātum ad vtilitatē: ⁊ nō quo ad onera.

22 nu.† ꝙ bānitus deſinat eſſe ciuis
q̄ꝫtū ad eius vtilitatē: nō aūt q̄ꝫtū
ad onera. ſequitur hoc bar.in.l.tu
telas.§.itē cū ciuitas. eo.titu. di-
cens ꝙ licet exbannitus perdat
iura ciuitatis ſue: q̄ꝫtū ad ſuū cō-
modum. non tn̄ hoc ad ſuum in-
commodū: quin obligetur ex ijs
q̄ poſtea. facit ad idē ꝙ vult car-
dinal.in clemē.i.in.vij.col. de re-

Capitulo priuatus non intelligiť quo ad onera.

23 gula.† Qđ priuatus loco ⁊ capi-
tulo non intelligiť priuatus loco
oneris. ſunt in ijs q̄ ſicut diſcipli-
ne.argu.c.reprehenſibilis.de ap-
pel.facit qđ dicit bal.in con.clxvj.
vt refert ſolennis doctoꝛ ſenē.do.
io.bapt.de ſanct.ſene. in repeti.l.
omnes populi.in.vj.charta.ff.de
iuſti.⁊ iure.qđ ſi ſtatutum diſpo-
nat mercatorē vſurariū nō habe-
ri ꝓ mercatore nō intelligiť quo
ad onera q̄ ſubire debent merca-
tores: ⁊ in terminis predictā opi.
voluit barto.in.l.j.per illū tex. C.
de infami.libꝛ.x. vbi dicit ꝙ licet
quis condēnatus fuerit de falſo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propter quod deſinit eſſe nobilis
ex aliqua lege vel ſtatuto: tñ ad-
huc remanet nobilis q̄tū ad ma-
ioritatē penarū: et ad ea in quibus
nobiles magis grauant̄ q̄ ple-
bei: facit bonus tex. in. l. j. ⁊ ibi no.
bar. C. de ijs qui nō impleue. ſtip.
lib. x. plura cumulat ad hoc. d. iaſ.
in rubr. ff. de iuſti. ⁊ iur. colū. ij. ad
fi. ad idem nouiſſime regula que

*Induc̄ta ad vnū effectū non debent operari ɔtrariū.*

24 habet. † Qđ inducta ad vnū ef-
fectū nō debēt operari contrariū
effectū. l. legata inutiliter. ff. de leg.
j. ⁊ l. legata inutiliter. ff. de adimē.
lega. vbi inducta ad diminutionē
nō debent augmentū operari. de
quo plene per. d. iaſ. in. d. l. legata
inutiliter. de leg. j. Adde fortiꝰ q̄
nedū cōdemnati ex infamoſo deli-
cto infamiā incurrūt ex illo ⁊ per
conſequens nobilitatē perdunt ſi

*Infamibus ē interdictꝰ p̄ncipis conſpectus.*

25 quā prius habebāt † quinimmo
ipſis eſt a iure principis interdi-
ctus conſpectus. l. ij. §. ignominie
cauſa miſſus. ff. de ijs q̄ not. infa.
⁊ hoc indies ſeruari videmus in
nobilibus q̄ aut iracundie calore
aut iracūdie calore aut alio quo-
uis malo ſpū ducti homicidia cō-
mittūt: nā ⁊ ſi interdū gratiā a ſe-
reniſſimo principe noſtro aſſequū
tur illā ſepiſper: limitatā habēt.
hoc modo: ne ad principis cōſpe-
ctum accedant: ne ve in illo loco:
ſeu ciuitate ea morent̄ i qua prin-
cipem eſſe contingerit. iuxta diſ-
poſitionem dicti. §. ignominie cā.
ſꝫ ante obtenta ſimpliciter grā
nullo tali limite interiecto predi-
cta oia aſſequunt̄: ⁊ famā: ⁊ nobi-
litatē: principiſq̄ conſpectū. arg.
tex. in. l. j. in fi. cū ibi not. per doct.
C. de ſentē. paſ. facit qđ dicit bar.
in. l. ſi q̄ñ. in princip. de bon. vacā.

*Gratiā qui obtinuit a p̄ncipe de crimine aliq̄ non pōt poſtmodū ipune de eodem cōuitiari.*

26 lib. x. † Quinimmo intm̄ operat̄
illa gratia principis et reſtitutio
vt nō poſſint inde a quocūq̄ im-
pune illo admiſſo contumeliari.
text. eſt valde no. in. l. imperialis.
ibi nō vocabulū inhoneſtū. C. de
nup. per quē dicit no. and. de iſer.
in ti. q̄ ſit prima cau. bene. amittē.
§. preterea. col. iiij. ad fi. in vſib. feu
do. Qđ proditor reſtitutus nō po
terit impune p̄ditor appellari im
mo appellās eū proditorē dr̄ in-
iuriam inferre. ⁊ actiōe iniuriarū

*Pṙceps de inhabili facit habilem.*

27 teneret̄. per illā. l. † princeps em̄
eſt qui de inhabili facit habilē. l.
quidā conſulebant. ff. de re iudi. ⁊
C. de crimi. ſacrile. l. ij. ſequit̄ hoc
dictū ſimpliciter referendo barb.
in. iij. volu. cōſ. iij. col. ij. ad fi. Sꝫ
ſi rebelles fuerint nobiles aduer
ſus principē nedū infamiā incur

*Arma rebellium deleri debent.*

28 runt nobilitatē perdunt: † ſed et
eorū arma exiſtētia in ciuitate de
leri debēt. ſm rom̄. ſingu. cccclxxj.
per tex. in. l. eorum. ff. de pe. ⁊ facit
bonus. tex. in. l. j. in prin. ibi abſur
dum em̄ eſt. ff. de lati. libert. tollē.
¶ Quintus modus perdēdi no-
bilitatis eū per religionis ingreſ-

*Religionem ingrediēs ⁊ p̄fitēs nobilitatē p̄dit.*

29 ſum: † q̄ primū em̄ q̄s religionē
ingreſſus eſt ⁊ profeſſus: nobilita
tē perdit quā habuit glo. eſt. in. c.
ſ. in ver. ingenuus. ij. de purga. ca
no. ⁊. in. c. ea q̄. in verſi. abſq̄ per-
ſonarū. ad fi. de ſta. mo. bene facit
qđ voluit glo. in. c. ſcripſit. in ver.
dignitate. ad fi. xxvij. q. ij. ⁊. in ca.
p̄hs. in ver. comite. xx. q. iij. q̄ in-
greſſus religionē perdit ius comi
tatꝰ: ius ducatꝰ: ius marchionatꝰ
ſiue regni. ſeq̄t̄ vltimū hoc cōpro-
bādo gloſſ. nouiſſime allegatas
ſpec. i ti. de ſta. mo. §. j. ver. xj. ang.
in. §. ſi mo. in aut. de ſctiſ. epiſ. col.
ix. ⁊ bal. in. l. deo nobis. C. de epiſ.
⁊ cler. dicens hoc fuiſſe ſibi obie-
ctū rome. cū ad defenſionē cuiuſ
dā reſcripti impetrati per quēdā
nobilē de frācia aſſiſteret in quo
cū eſſet monachus narrabat ſe no
bilē in ſua ſupplicatione dicebat̄
reſcriptū illud ſubreptitiū ex quo
deſierat nobilis eſſe p̄ monacha-
tionē ex predictis q̄ refert rom̄. ſin
gula. xxxvij. incipiēte vtrū nobi-
lis. ſequit̄ feli. i. c. cū deputati. col.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

l.ad fi.de iudi.z.d.iaſ.icidēter in
l.ij.col.iij.in pn.C.ſi cōtra ius vl
vtili publi.dicit tñ roma i pallē-
gato ſingulari q duplici ratiōe
in caſu reſcripti mentionati dñi
de rota iudicauerūt ipm reſcri-
ptū eē validū:nec vlla ſubreptio
nis labe notatū.Primo qꝛ nobi-
litas eſt quoddā ius ſanguinis
qđ eſt incōmutabile.l.ius agna-
tiōis.ff.de pac.l.iura ſanguinis.
ff.de reg.iur.Scđo qꝛ dato q p-
deret ipa nobilitas p ingreſſum:
nō tñ potuit dici papa decept⁹ab
impetrāte ſ3 poti⁹ i iure:qꝛ illud
an p monachatonē pdita dicat
nobilitas ſtabat i iure:ſic ſentie-
bāt ipſi dñi đ rota nobilitatē ſan
guīs p religiōis ingreſſuz nō pdi
pdicta rōe:q̄ q̄dē hoc mihi pluri-
mū ſuadet q̄cq̄d dicāt glo.z doct.
pallegati:facit ij arg.bonus tex.i

Religione ingrediēs nō priuat legitima.

30 l.deo nobis.C.de epiſco.z cler.†
vbi nō priuat qs a ſucceſſiōe ſibi
a parētē debita p igreſſuz religio
nis capacis bonoꝝ.bona q̄dē rō
ne:ne ex bono ope i caſu q̄dē pri-
uationis diceret lapidari:ne ve
etiā ob id ab ipo religiōis igreſſu
arceret:tū qꝛ nō d3 eē deterioris
cōditiōis bon⁹ q̄ mal⁹.l.nō ſolū.
